

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2112

Auteur(s) : Eudes Rigaud, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Louis IX, France (roi)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1261, juin

Action juridique : échange

Langue du texte : latin

Analyse

Eudes Rigaud, archevêque de Rouen, pour se libérer envers le roi de France de deux rentes annuelles, l'une de quarante-cinq livres sur le vivier de Martinville, sur laquelle cent sols avaient été payés, l'autre de cent sols, pour la haute justice de Pinterville, réservée lors de l'acquisition de ce manoir des mains de Pierre de Meulent et de sa femme, fait échange et cède au roi, avec le consentement du chapitre de Rouen, le manoir de Saint-Mathieu et ses dépendances.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 671, p. 138-139.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 535.
- c. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissey, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CCXXXVI, p. 282-283.

Texte établi d'après c

Universis presentes litteras inspecturis, Odo, permissione divina, Rothomagensis ecclesie minister indignus, salutem eternam in Domino Jhesu Xpisto.

Noveritis quod cum nos excellentissimo domino nostro Ludovico, Dei gratia, Francorum regi illustri, teneremur in quadraginta quinque libris Turonensium annui redditus, ratione stanni de Martinivilla juxta Rothomagum quondam sui, de quibus quadraginta quinque libris nos ab eodem domino rege emeramus centum solidos annui redditus ; teneremur etiam eidem domino regi in centum solidis annui redditus ; teneremur etiam eidem domino regi in centum solidis annui redditus ratione ville nostre de Pintarvilla, quam emeramus a Petro de Mellento, serviente ejusdem domini regis, et ejus uxore ; cumque idem dominus rex haberet totam altam justiciam in villa predicta de Pintarvilla et ejus pertinentiis, nos, considerata et pensata evidenti utilitate ecclesie nostre Rothomagensis, pro dictis quadraginta libris ratione stanni, et pro dictis centum solidis racione ville nostre de Pintarvilla, quos debebamus eidem domino regi, ut supradictum est, necnon et pro alta justicia, quam habebat in villa predicta de Pintarvilla et ejus pertinentiis, predicta idem dominus rex nobis quittavit in perpetuum et concessit, a nobis et successoribus nostris Rothomagensibus archiepiscopis libere, quiete et pacifice possidenda, reddendo eidem domino regi de redditu dictarum quadraginta librarum, ratione stanni, quinque solidos Turonensium a nobis et dictis successoribus nostris duobus scacariis Rothomagi annuatim. Damus et concedimus in perpetuum eidem domino regi et ejus successoribus, de voluntate et assensu capituli ecclesie Rothomagensis, ex causa permutationis, manerium nostrum dictum de Sancto Matheo juxta Rothomagum situm, cum prato, gardino, et omnibus pertinentiis suis, sicut ipsum tenebamus et possidebamus, ab eodem domino rege vel successoribus suis seu illis qui ab ipsis

causam habuerint, libere et quiete in perpetuum possidendum, volentes et concedentes, de assensu capituli predicti, quod idem dominus rex seu successores sui religiosas personas collocare et instituere possint ibidem, si sue placuerit voluntati.

In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini M° CC° sexagesimo primo, mense junii.